54. Et circa alias limitationes, & sublimitationes, am- pliationes, & exemplificationes hujus materiae vide Doctores omnes, praecipue Soci. Jaf. & Rebuf. in l. quod iustit, de re jud. amplissime etiam Philipp. Franc. Cardin. Alex. & communiter omnes Doctores in d. c. cum ces- sante appell. Felin. in c. qualiter, & quando el primero, in or- dine 17. de accusa. Scacciam de appellat. quaest. 19. rem. 1. conc. 6. a. num. 13. & cum sequentibus, fol. 559. & iterum c. 17. a. n. 30. cum pluribus sequentibus, fol. 477. (quem post haec scripsit vidi) Lancel. de atten. 2. part. cap. 12. limi. a. n. 12. & Card. Tufchum praed. concl. tom. 7. litera S. conclusioe 115. per totam. interdum tamen haec suffi- cient, frequentiora, pro exemplis secunda conclusio- nis ut in iis casibus, in quibus iudex non potest revo- care, nec sibi permittitur, minime est repositio ipso- rum pro conditione in decretis Regis appendenda, in aliis vero sic, juxta priorem conclusionem.

Fundatur etiam in maxima urbanitate, orta ex juris 63 principis, dum iudicis Ecclesiastici liberae electioni committat, velit (jurisdictionem reassumendo) pro- cedere ulterius: imò & ipsi iudici nimis honorificum iudicari debet, cum minus verecundum sit corrigere seipsum, quam ab alio corrigi, autentica de nuptis, circa princ. c. qualiter, & quando, de accusa. l. ubi gloss. sapientis enim est mutare propositum in melius, text. est in c. cum cessante de appellat. hinc dicitur quis uti sano consilio revocando quod male fecit, nec potest notari de levitate, imò potius commendandus de sapientia, cap. magna 2. 2. quaest. 4. dist. c. qualiter, & quando, & d. c. cum cessante, ubi Philipp. Franc. nota 3. sub num. 3. Decius, 5. num. 21. & 19. & 22. Petrus Sordus consil. 88. sub num. 12. tomo 2. fol. 633. & melius in consil. 167. num. 9. eodem tomo 2.

38. Quid etiam pertinet, ut iudex, qui appellationem ab interlocutoria detulit, cum a se abdicet jurisdictionem, saltem quoad exercitium, non possit sententiam ipsam revocare, & reponendo reassumere jurisdictionem femel abdicatam, Abb. in c. cum cessante. num. 15. Philip. Francus num. 14. lim. 5. Cardinal. Alexand. sub num. 40. fall. 6. & Decius num. 750. fall. 6. Geminia. in c. ut super 4. sub num. 6. de appellat. n. 6. Alexand. in d. l. quod iustit, fallen. 3. num. 16. Jaf. sub num. 36. Felin. in c. qualiter, & quando, nu. 24. de accusa. Lancel. Robertus de atten. 2. part. c. 12. limi. 1. numero 20. Lancel. Conradus de pratore. §. 2. de offic. prator. in causa civili, in c. de sententia. lim. 6. Sigismundus Scaccia de appell. quaest. 18. a. num. 42. cum sequentibus, qui cum Geminiano, & aliis intelligit, sive ante traditionem Apostolorum delato- riorum, sive post, Beninend. decif. 1. circa fin. vers. si vero sumus Roma, vers. 502. per totum. Cardinal. Tufchus praed. conclusio. 7. litera S. conclusioe 115. n. 28. & 29. & ibi in vers. subextende secundo, hoc ampliat etiam post tempus dandorum Apostolorum, quorum eorum negotio aut non datio vim habet delationis, dicit ipse Scaccia.

Uterius supradictis adde, quod tum non poterit iudex revocare interlocutoriam, postquam fuerit execu- tionem mandata Bart. in l. quod iustit, num. 16. versiculo quaro an inveniis, Alexand. d. num. 24. lim. 9. Socinus num. 30. & num. 55. Jaf. sub n. 32. Ripa sub n. 29. ff. de re jud. Philippus Francus in dicto cap. cum cessante, limi. 9. num. 24. ubi reddit exemplum, ubi contra mandatum procuratoris opponit adversarius, & iudex legitimum procuratorem pronuntiat, cum quo uti tali, contesta- tus est lis, quod est declarationis executio, tunc iudex amplius declarationem revocare nequit, & in specie Socin. supra, num. 56. & Francus ubi proxime, num. 20. Exemplificat insuper, in iudice interloquente dandum esse fidei iuramentum, quo dato amplius non revocatur, nisi de partium consensu, Cardin. Alexand. in d. cum ces- sante, sub n. 40. fall. 12. Decius n. 60. Romanus consil. 226. ultra praedicta, in princ. Felin. in rubrica, sub n. 15. vers. non obstant gl. de sententia, & re jud. & in d. c. qualiter, & quando, de accusa. fall. 5. num. 15. Jaf. in l. servit. electione 5. n. 13. ff. de legat. 1. Scaccia in tract. de appell. quaest. 17. n. 58. & sequentibus, Lancelotus de atten. 2. p. c. 12. lim. 1. num. 23. Brededo. in tract. de appell. part. 2. tit. 3. colum. 58. 59. Menochius in tractatu de retinenda pos- sessione ult. quaest. 21. num. 56. & 57. communem opi- nionem testatur Cardin. Alexand. & Ripacitatis pluri- mos alios allegat Card. Tufchus praed. conclusio. tom. 7. litera S. conclusio. 115. n. 45. quae ampliat sive fit execu- tionem mandata a iudice, sive a parte, Cardinal. Alex. Scaccia, Francus, & Lancelotus ubi proxime, vel etiam si talis sit, quae abique facto hominis secum traheret execu- tionem, quia eam iudex revocare non potest, Cardin. Alexand. in d. cap. cum cessante, num. 40. fall. 13. Alex. in d. l. quod iustit, n. 24. fall. 9. Jaf. num. 32. Scaccia ubi proxime, num. 62. cum sequentibus, ubi reddit exempla, & est gl. in l. 1. §. ultim. in verbo vel adde, & ibi Rain- rius quam dicit singularem exclamatur a Bar. & Bald. ibi, ff. de prator. stipulat. Rain. & Imola in l. penult. eodem titul. Roman. qui et eam dicit singularem consil. 226. ultra praedicta allegata, in princ. Panotm. in d. c. cum cessante colum. ultima per glossam, ibi, Philippus col. 8. Paul. Car- trent. in d. l. quod iustit, Jaf. in l. cum procurator, §. si Do- minus, colum. 1. & iterum in l. si opus, colum. 1. de operis novi nunt. Felin. in cap. si clericus, §. de adulteris, colum. 2. versiculo fallit. 1. de iudicis, Francus Aretinus in l. si quis ex pluribus, ff. de verborum obligat. Tiraquei. in repeti- tione l. si unquam, verbo revertatur, num. 309. condu- cunt quae ipse ibi, a. n. 307.

Tertia autem conclusio superius apposita, nempe, ut huiusmodi decretum conditionale, non possit expedi- ri, nisi in casibus, in quibus appellatio ab interlocu- toria legitima reperitur, & violenta detegitur, omni- modo necessaria est, & praecisus habenda, nam ubi appellatio, pro cuius delatione confugit oppressus ad Regem, minus legitima reperitur, & extra casus a iure permixtos, secundum ea quae nos late alibi scripsimus, suo loco; Regium tribunal nullatenus se amplius in causa intromittere potest, sed statim est remittenda ad iudicem Ecclesiasticum l. 36. ibi: Y si por el tal proceso pareciere la dicha apelacion no ser justa, remitan luego el tal proceso al juez Ecclesiastico, &c. tit. 5. l. 2. nova re- copilat. quoniam in sola violentia, quae oritur ex denega- ta delatione legitima appellacionis fundata est Prin- cipis potestas, & hoc saluterum remedium, secun- dum d. l. 36. a. princ. & quae nos late ad cap. primum, & secundum huius primae partis.

55. Et circa alias limitationes, & sublimitationes, am- pliationes, & exemplificationes hujus materiae vide Doctores omnes, praecipue Soci. Jaf. & Rebuf. in l. quod iustit, de re jud. amplissime etiam Philipp. Franc. Cardin. Alex. & communiter omnes Doctores in d. c. cum ces- sante appell. Felin. in c. qualiter, & quando el primero, in or- dine 17. de accusa. Scacciam de appellat. quaest. 19. rem. 1. conc. 6. a. num. 13. & cum sequentibus, fol. 559. & iterum c. 17. a. n. 30. cum pluribus sequentibus, fol. 477. (quem post haec scripsit vidi) Lancel. de atten. 2. part. cap. 12. limi. a. n. 12. & Card. Tufchum praed. concl. tom. 7. litera S. conclusioe 115. per totam. interdum tamen haec suffi- cient, frequentiora, pro exemplis secunda conclusio- nis ut in iis casibus, in quibus iudex non potest revo- care, nec sibi permittitur, minime est repositio ipso- rum pro conditione in decretis Regis appendenda, in aliis vero sic, juxta priorem conclusionem.

Hoc insuper conditionale decretum imitator est ju- ris, quia non asstringit iudicem ad praecise reponen- dum, cum iure fieri nequit, juxta text. in l. quod iustit, ibi potest, &c. & d. cap. cum cessante de appella. & cap. si a iudice, eodem tit. in 6. & non quidquid iudicis potestati relinquatur, id subicitur iuris necessitati, non quidquid, ff. de iudicis, & quod iudex, qui interlocutoriam tulit, quam potest, si vult, revocare, ad id facere non possit cogi, ut ex B. in l. quod iustit, n. 13. tenet Grat. in discepta. foren. tom. 1. cap. 149. n. 3. & iterum c. 155. num. 23. Petrus Sordus consil. 288. n. 17. lib. 2. cum declaratione, de qua ibi, per eum, duplex tantum illi iuris offenditur via, ut quamlibet eligat, utrique tamen jus assitit.

39. Iudex tamen postquam detulit appellationi ab inter- locutoria, poterit de consensu partium revocare gra- vamen, Cardin. Alexand. d. num. 40. qui de communi testatur, Decius, & Francus ubi proxime, & Lancelotus d. lim. 1. sub n. 74. & Scaccia post alios num. 44. ubi etiam ampliat tam ad ordinarios, quam ad delegatos: quod fallit, quando res est integra, quia tunc potest illam iudex revocare, per Philippus Francus in d. c. cum ces- sante num. 15. lim. 5. amplius per praedicta, lim. de appell. Scaccia ubi proxime, num. 46. Lancelotus de limi. 1. num. 74. per Franc. & Jacob. Henricum in consil. 34. utrum iudex, libro 3. per totum, ubi eleganter hanc opinionem tuetur, quod iudex a quo postquam detulit, potest re- integra, vel de consensu partium procedere, praesertim num. 17. Alexand. in consil. 133. circa executionem, in fin. lib. 6. Cardinal. Tufchus praed. concl. tom. 7. litera S. con- clusio. 125. num. 48.

Quibus autem casibus diximus, iudicem post dela- tionem appellationis ab interlocutoria, non posse re- ponere eandem, fallit, quando deferre non debuit, & minus legitime, & ab huiusmodi delatione fuerit appel- latum, & quia tunc potest, & delationem, & gravamen reponere, & in causa procedere, quod & nos latissime examinamus infra, p. 3. cap. de appellatione a delatione iniusta 18. & per totum capitulum, ad quod te remitto, & faciunt, ea quae haecenus diximus a versiculo pariter etiam usque nunc.

56. Et circa alias limitationes, & sublimitationes, am- pliationes, & exemplificationes hujus materiae vide Doctores omnes, praecipue Soci. Jaf. & Rebuf. in l. quod iustit, de re jud. amplissime etiam Philipp. Franc. Cardin. Alex. & communiter omnes Doctores in d. c. cum ces- sante appell. Felin. in c. qualiter, & quando el primero, in or- dine 17. de accusa. Scacciam de appellat. quaest. 19. rem. 1. conc. 6. a. num. 13. & cum sequentibus, fol. 559. & iterum c. 17. a. n. 30. cum pluribus sequentibus, fol. 477. (quem post haec scripsit vidi) Lancel. de atten. 2. part. cap. 12. limi. a. n. 12. & Card. Tufchum praed. concl. tom. 7. litera S. conclusioe 115. per totam. interdum tamen haec suffi- cient, frequentiora, pro exemplis secunda conclusio- nis ut in iis casibus, in quibus iudex non potest revo- care, nec sibi permittitur, minime est repositio ipso- rum pro conditione in decretis Regis appendenda, in aliis vero sic, juxta priorem conclusionem.

57. Tertia autem conclusio superius apposita, nempe, ut huiusmodi decretum conditionale, non possit expedi- ri, nisi in casibus, in quibus appellatio ab interlocu- toria legitima reperitur, & violenta detegitur, omni- modo necessaria est, & praecisus habenda, nam ubi appellatio, pro cuius delatione confugit oppressus ad Regem, minus legitima reperitur, & extra casus a iure permixtos, secundum ea quae nos late alibi scripsimus, suo loco; Regium tribunal nullatenus se amplius in causa intromittere potest, sed statim est remittenda ad iudicem Ecclesiasticum l. 36. ibi: Y si por el tal proceso pareciere la dicha apelacion no ser justa, remitan luego el tal proceso al juez Ecclesiastico, &c. tit. 5. l. 2. nova re- copilat. quoniam in sola violentia, quae oritur ex denega- ta delatione legitima appellacionis fundata est Prin- cipis potestas, & hoc saluterum remedium, secun- dum d. l. 36. a. princ. & quae nos late ad cap. primum, & secundum huius primae partis.

Unum tamen necessarium, & utile in hac materia omittendum non est, nempe, quod iudex Apostolicus, seu executor gratiae, qui non citatus praecise, & de iure citandis, & sic, nec definitive pronuntiavit, nec legiti- ma causa cognitione, secundum ea, quae late per Flo- res de Mens praed. qu. 14. n. 35. 42. 44. & 59. & qu. 12. a. num. 9. & 12. Doctores in cap. fin. de praesumptionib. latissime infinitos refert, & explicat Nicolaus Garc. de beneficiis, 6. cap. 2. a. nu. 110. gratiam exequitur, a cuius processu appellat postmodum legitimus con- tradictor, & pro delatione confugiens ad Senatum obti- net, prout ibi frequentius est, decretum conditiona- le, nempe: Que reponendo lo hecho y oiendo de nuevo no haze fuerza, alias etiam faciat, & reponat, & reponat, quia iudex executor data possessione abique citatione citandi, & abique causa cognitione, si ipsum audiat, & citet de novo, prius debet possessionem, & acta, quae nulla sunt, & attentata in reponi ut per Cardinalem consil. 75. & alias Rota decisionem declaravit ipsa Rota in una Majoricensi Parochia de Campano 23. Januarii 1591. quam ad literam refert Nicolaus Garc. de benefic. 6. part. cap. 2. num. 125. Roma. consil. 320. incipit hac istorum, versiculo quo iugiter, & col. fin. Cardin. Tufchus praed. conclusio. tomo 3. litera F. conclusioe 11. n. 22. & late quae diximus supra, p. 1. cap. 3. de iudice carente iurisdictione ad reponendum.

Pro quo etiam facit, quoniam iudex interlocutoriam a se latam, sive mere interlocutoriam, sive vim diffinitivam habentem, sex alius casibus, quibus hactenus diximus; in prima & secunda conclusione, non posse reponere, non procedit, quando ipsa interlocutoria nulla est, & quia tunc licite potest revocare, ita Felin. in d. c. p. qualiter, & quando, el. 1. de accusa. fall. 5. n. 15. limit. 1. Jal. in l. quod iussu, sub nu. 32. versiculo limita, & intellige de rejudi. Philippus Francus in cap. cum cessante, n. 17. versiculo amplius intellige, de appella. Lancelotus Rober. de attent. 1. part. cap. 12. limit. 1. sub n. 27. & n. 22. Sigismundus Scaccia in tract. de appell. quest. 17. n. 72. & 68. versicul. tertius casus est. fol. 484. & sequentibus.

69 Et rursus, quoniam de nullitate interlocutoria, tam delegatus, quam ordinarius cognoscit, imò nullus alius iudex, ne contentiva causa dividatur, & iudicandum est ex eisdem actis, ubi dicitur; etiam si habeat vim diffinitivam, ita Philipp. Franc. in cap. dilecto 63. sub num. 67. & loquendo de utroque iudici Cardinal. Alexand. ibi n. 58. 59. Vantius in tractatu de nullitate sententiarum, rubrica coram quo possit, n. 2. & 3. fol. 374. dicens, quòd in omnibus, præterquam indiffinitivis, potest, & debet, tam ordinarius quam delegatus, iterum reponere, quod miris rite fecerat: sequitur Scaccia de appellat. quest. 19. remedio 1. conclusione 6. à num. 11. & supra, à n. 2. ubi copiose de hoc articulo: imò, & adhuc sententiam diffinitivam, quæ non transit in rem iudicatam, potest iudex revocare, iuxta textum in l. 4. §. condemnatum, de rejudi. cap. lator de rejud. Philipp. Francus in d. cap. cum cessante, de appellat. columna 3. versiculo 2. limit. nisi esset talis sententia, quæ non transisset in rem iudicatam.

71 Hoc autem conditionale decretum illud patitur dubium, quoniam appellatio sequitur executionem, & acta ad ea tantum dicuntur attentata, quæ sunt post appellationem, aut intra tempus ad appellandum iuxta textum in cap. non solum, de appellat. lib. 6. & sic non veniunt reponenda; quam difficultatem facillime evitare poteris, si consideres, quòd possessio, & acta ab huiusmodi executor, sequuntur appellationem, seu saltem gesta sint intra tempus ad appellandum; notum est enim, ut tempus ad appellandum non currat gravato à die, quo fulminatur, sed à die imitationis, seu notitiæ, & sententiæ, quæ nunquam præsumitur nisi probeatur, at contradictor legitimus quando comparat, de iure suo allegans petit repositionem ob defectum citationis, & intemper appellat ea de causa, à toto processu, & iuste facit, quæ huiusmodi appellatio capit illum primum actum, quod fieri solet post citationem, qui quidem cum ob defectum citationis nullus est, & ab eo legitima appellatio, ac ideo cum gravatus nunquam fuit citatus, semper reperitur, intra tempus ad appellandum, postquam venerit ad suam notitiam gravamen, quare omnia deinceps per iudicem gesta iustissime dicuntur nulla, & attentata, facta intra tempus ad appellandum, ideo, ut talia, cuncta debet revocare, & reponere negotium in illo statu, quo gravatus debebat audiri, & citari, iuxta Doctores, & doctrinam hactenus applicatas.

74 Quibus sic suppositis, facilius invenimus resolutionem principalis partis huius capituli, quo est quæsitum, an postquam imitatum est conditionale hoc decretum iudici Ecclesiastico, possit postmodum inhiberi, vigore appellationis ab interlocutoria, pro cuius delatione oppressus confugit ad Senatam: in quo partem negativam, nempe quòd minime possit inhiberi absolute, probari breviter quoniam iudicium est animæ inhibitionis; ita ut absque ea inhibito nulla sit, & minus canonice expedita. Socius consilio 109. lib. 3. ubi alios allegat: late August. Bif. cons. 117. ex ultima, n. 2. lib. 3. latus Lancelot. Robert. de attent. 2. part.

cap. 10. à n. 22. cum sequentibus, sed appellatio, cujus vigore superior habet jurisdictionem in causa, censetur tacite renuntiata per comparationem appellantis, coram iudice à quo, est textus in cap. gratum, de officio delegati, textus in cap. sollicitudinem, de appell. Philipp. Franc. in cap. cum teneamur 17. sub n. 4. & in cap. sollicitudinem, qu. 6. n. 10. de appell. Rebuffus in tractatu de appellat. art. 15. glossa 1. n. 7. versiculo tacite tunc 3. f. 517. Murantia in speculo, part. 6. acta 2. princ. in verbo & quandoque appellatur. limit. 29. nu. 342. versic. 2. modo, & num. 24. ca. 10. Antonius Gabriel in concl. lib. 3. titulo de appellat. conclus. 2. num. 1. Caputaq. decif. 29. appellat. nu. 1. 1. part. Lancelotus Robert. tractatu de attent. 2. part. cap. 12. in præfatione, n. 15. & sequentibus, & ampli. 2. princ. nu. 4. & 5. Ruginellus tractatu de appell. §. 9. gloss. cap. 1. num. 41. Cæsar. Bst. in decif. Bono. decif. 154. alia, num. 2. Montal. Neapol. tractatu de exception. articulo 24. contra appellationes, n. 10. tomo 3. part. 1. folio 120. quod procedit etiam iudex nihil lecerit, cum sufficit sola comparatio appellantis coram eo, ut censetur appellatorem renuntiare, ut ex Felin. in cap. cum sit Romana, sub num. 10. versiculo 3. considera. de appellat. Antonius Gabriel d. conclus. 2. ampli. 2. num. 3. folio 264. ergo inhibito non debet effectum operari (appellatio pendente) quia cum principale non subsistit, nec ea quæ sequuntur locum habent.

Deinde comprobatur hæc pars, quoniam per intimationem decreti conditionalis, & eius virtute repositionem, in tantum defecti appellatio, iuxta textum in cap. cum cessante, de appellat. & cap. si à iudice, eodem titulo, lib. 6. Tiraquel. in tract. causa cessante, num. 41. ut omnia acta per iudicem ad quem vigore istius appellationis, nulla, & irrita remaneant, post alios Nicolaus Boer. decif. 256. late Lancel. de attent. 2. p. cap. 12. lim. 1. nu. 15. & sequentibus, & non post alios diximus supra, hoc cap.

Hæc difficultatum occasio distindè procedendum est, capiendi est prior earum pars, scilicet quando appellans comparat, & intimavit decretum Senatam, ipse tamen iudex nihil gessit, & tunc dico regulariter verus esse, ut inhibito (si alias legitima sit) operetur effectum suum, quoniam oppressus appellans comparat coram iudice à quo, ut gravamen reponat, qua comparatione non inducitur tacita renuntiatio, quoniam non agit actum contrarium suæ appellationi, cum tam ipsa, quam comparatio tendant ad unum, eundem finem, intensionem, scilicet ad reponendum gravamen appellatorem, N. in fin. de renuntiatione, in novis, Philipp. Franc. in cap. sollicitudinem 54. sub numero 13. limit. 4. de appellat. Felin. in cap. gratum 10. sub nu. 8. versiculo 2. limita, de officio, & potestate iudicis delegati, Austerius ad Capell. T. hof. decif. 194. an pars gravata, sub numero 4. fall. 6. & 7. Anton. Gabriel. communium concl. tit. de appella. lib. 2. concl. 2. limit. 3. num. 14. ubi alios allegat, & hæc esse commune opinionem sequitur, & testatur, Socin. consil. 21. abundè, & diffinè sub num. 3. libro 4. & Decius in cap. sollicitudinem 54. notabili 6. sub numero 13. de appellat. Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 2. à num. 21. fol. 293. imò iste actus comparationis pro revocatione gravaminis tendit in augmentum desiderii appellantis, secundum Felinum ubi proxime. Hanc etiam opinionem tenuit Rota, ut scribit Achilles de Grass. decif. 21. alius 247. appellat. n. 1. de appell. qui n. 2. & sequentibus; redditionem fol. 113. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. de attent. appella. penult. amp. prin. 2. n. 11. & in hoc casu limitatur doctrina, quæ de renuntiatione appellationis ob comparationem loquitur, de qua supra 82 in primo fundamento contrariae partis, maxime cum huiusmodi revocatio, cum fiat virtute decreti Senatam Regii, nullam requirit cognitionem causæ, nec ulterius

& citationem, sed de facto tantum, ut quotidie videmus, & prædicamus, cui conduunt, quæ adduxit post Anton. Gabriel. Achillem de Graf. Austerium, Felin. Rot. & alios Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 2. n. 22. & 23. fol. 293.

83 Et ulterius quoniam dum comparatio appellantis gravati (etiam in casibus, in quibus videtur aliàs renuntiare appellatorem, per comparationem) non fuerit recepta, non censetur appellatorem suæ renuntiasse; ita limitatur text. in d. cap. sollicitudinem, de appellat. & cap. gratum, de officio delegati, ut testatur Anto. de But. in d. cap. gratum, notat. 4. in fin. optima gloss. in cap. cum venissent, in verbo obtinuit, de eo qui mitt. in poss. causa rei jerv. Romanus cons. 792. Abb. in d. cap. cum venissent, num. 8. Felin. in d. cap. gratum 4. lim. it. & ibi Decius in 3. limit. Philipp. Franc. in cap. sollicitudinem, de appellat. Felin. in cap. capitulum versiculo confirmatur ista sexta, de rescript. idem Felin. in cap. cum venissent, in versic. in gloss. in princ. de testi. Additio. ad decisioem T. hof. 193. in 14. fallen. Socinus in Regula 25. in 1. fallen. Bald. in d. cap. venissent, num. 7. & 8. de eo qui mitti. Joannes Cro. in cap. 1. nota 2. de constitut. lib. 6. Millis in Reper. verbo appellatorem renuntiasse, Barba. in Apostilla ad Bal. in l. ad solutionem, C. de re judi. optimè Anton. Gabriel. communium concl. lib. 2. tit. de appellat. conclus. 2. num. 19. qui quidem per totam illam conclusionem adducit multas alias ampliationes, & limitationes ad Regulam generalem, quando per comparationem censetur appellatorem renuntiare, vel non, & etiam per Scacciam in tractatu de appellat. quest. 17. limit. 2. an. num. 12. cum pluribus sequentibus, ad quos, & ad superioris citatos Doctores poteris recurrere, quæ pro nunc non tracto, quoniam ultra prædicta propositæ difficultati non conveniunt, & ita conclude, quòd per comparationem appellantis, & intimans decretum Senatam iudici Ecclesiastico, & petentis repositionem gravaminis, non censetur appellatorem interpositæ renuntiare, & ex supradictis, & per consequens inhibito eius virtute emanata, legitima est hoc capite dicenda est, maxime interim dum recipitur comparatio, & petitio.

86 Hæc autem resolutio quæ loquitur in appellante, multò fortius procedit in appellato, in cuius favorem interlocutoria appellata lata fuit, comparans coram iudice à quo, intimans eidem decretum conditionale Senatam, quoniam in eo cessant omnia inconvenientia, & pericula supradicta, quæ tantum attenduntur, & considerantur in appellante, ex d. cap. gratum de officio delegati, & dist. cap. solutionem, de appellat. & Doctores allegati.

Quid autem quando iudex virtute decreti sibi intimati reposuit gravamen, discutiamus; in quo illud regulariter affirmandum esse censeo, ut tunc inhibito virtute appellationis reddatur nulla, & evacuata, ex rationibus, & doctrinis in secundo fundamento, contrarie partis adductis, quoniam gravamen est causa appellationis, quo per revocationem cessante, cessat appellationis effectus, textus in d. c. cum cessante, de appellat. cap. si à iudice, de appell. libro 6. Philipp. Franc. Abb. & ceteri communit in d. cap. cum cessante, Tiraquell. in tractatu causa cessante, num. 41. Doctorem cetera adducta ad primam conclusionem huius capituli, & etiam ad secundam, ita ut de cetero liberè possit iudex à quo in causa procedere, ut late ibi diximus, adeò ut omnia gesta per iudicem interim imperatum vigore appellationis prædictæ reddantur nulla, repositione gravaminis subsécuta, ut post alios Nicolaus Boerius decif. 256. post princ. Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. à numero 5. cum sequentibus, Scaccia de appellat. questione 17. numero 30. quæ doctrina procedit, tam in appellante, quam in appellato intimante decretum. Hinc tamen resolutio

tionem limitandam esse opinor, ut procedat, quando iudex à quo reposuit virtute decreti; antequam sibi sit superioris inhibito intimata, secus autem erit, quando inhibito præcessit revocationem gravaminis, quoniam cum per inhibitionem tollatur iudici à quo facultas, & potentia à jure concessa reponendi, interlocutoriam appellatam, & reassumendi jurisdictionem secundum Lancelotum Conradum de pratore, §. 2. de officio prator. in caus. civil. in cap. decenia, limit. 6. numero 26. Lanfranc. decif. 459. incipit, appellationem, Lancelot. de attent. 2. cap. 12. limit. 1. num. 21. & alios, quos citavimus sub secunda conclusione, numero 42. vers. insuper postquam iudex ad quem inbibuerit, &c. cum limitationibus, & declarationibus ibi positis, jam igitur non est in sua facultate alterum ex alternativis decretis eligere, cum unum ex eis jam sit sublatum, & sic è decreto etiam tollitur illa facultas & conditio, quoniam cum sit iudici ablata jurisdictione, nullo modo potest ea uti, cum illa supponat, ut alterius queat iudex in causa procedere, cui jam locus non est propter inhibitionem.

Alterum autem ex alternativis positus in decreto Senatus, nempe: Yno lo haciendo otorgue y reponga, &c. ex ipso decreto remanet, cui præcisè obtemperare debet, & implere iudex Ecclesiasticus, tunc quoniam cum supponatur appellatio legitima, ei debet ferri, sublata maxime iusta iudicis inhibitione, & attentata post eam reponenda ad faciliorem causæ expeditionem, iuxta cap. cum teneamur, de appellat. tunc etiam quoniam precepta una re alternativè debitis, remanet obligatio in alia, & illa tenetur præcisè adimplere, textus est in l. Stichum, aut Pampibulum, ff. de solutio. textus in l. non utique, ff. de eo quod certaloco, textus in l. cum his, ff. de condit. indebiti, l. suu liberum, ff. Stichum aut Pampibulum, ff. de legatis 2. & idem disposit. l. 23. tit. 11. p. 5. late post alios Anten. Gomez. tomo 2. vari. c. 11. à n. 40.

Unum tamen iudex Ecclesiasticus attendat attentè: ut huiusmodi resolutio virtute decreti Senatam facta, suos tollendæ appellationis effectus operetur, licet alias ipsi videatur, ut illud decreverit Senatam in casu quo alias iudici respositio permilla non sit, secundum illa, quæ diximus supra, in conclusione prima, & secunda, quibus casus reulit, quoniam ad se per pertinet illud inquirere, sed huic est tantum omninò parère, maxime quoniam cum Senatam post actorem inspectionem ita decreverit conditionaliter, nemini dubium esse poterit, prævidisse omnes difficultates, cognovisseque, sicutque posse licitè expediti. Illud obiter tamen memineris quæso, quod in iis casibus, in quibus appellans potest tacite appellatorem suæ renuntiare, secundum ea, quæ late per ampliationes, & limitationes tractant Doctores in cap. gratum, de officio delegati, & cap. sollicitudinem, de appell. in l. ad solutionem, C. de app. exactissime per Anton. Gabriel. communium conclus. lib. 1. tit. de appellat. conclus. 2. per totam, & Scacciam de appellat. quest. 17. limit. 2. à num. 12. cum sequentibus, iis etiam poterit ejus procurator; nam licet, si procurator non possit expressè appellatorem renuntiare scribunt Bald. in l. fin. §. fin. numero 7. de temp. appellat. Philippus Franc. in cap. ex ratione 8. num. 42. & Cardin. Alexand. numero 18. de appellat. idem Franc. in cap. Nicolao 64. quest. 7. sub numero 13. & iterum in cap. interposita 10. §. ille denique, quest. 6. num. 9. de appell. Urtil. in adnotat. ad afflic. decif. 78. in causa Firmini sub num. 9. Castiador. post Felin. decif. 3. sepè coningit, sub num. 2. de rescript. etiam ipsam appellationem, ipse procurator interposuisset. Philipp. Franc. loco proxime citato, & etiam si sit effectus dominus litis, Franc. in d. §. ille denique, num. 9. quod etiam extenditur ad Prælatos Ecclesiasticos, qui habent medium inter procuratorem simplicem, & dominum, quia nec ipsi pos-

fiat expresse appellacioni renuntiare, ita tenet B. d. in lege fin. §. fin. sub num. 7. versic. sed nunquid Procurator, C. de temp. appell. quam referens sequitur Franc. in dict. cap. ex ratione, sub numero 24. & in cap. interposita 70. §. ille denique, quæstio 6. num. 9. de appell. Scaccia de appell. quæst. 17. limit. 2. n. 89. & supra, qui n. 88. hoc extendit etiam ad Syndicos, ut nec possint

98 expresse appellacioni renuntiare, quia est donare, ita Ruginell. in tractatu de appell. §. 9. gloss. 1. c. 1. num. 13. versiculo Syndicus. Omnes igitur huiusmodi procuratores, & administratores requirunt speciale mandatum ad expresse renuntiandum: Mohed. decis. 3. aliis 89. contra capitulum, vers. finem. de appell. & per Cardin. Alex. ita tenet Scaccia ubi proxime sub num. 90. ubi inter alias limitationes hanc adnectit in vers. quous casus est, quod est nova, & magna, & iusta causa, quæ sit talis, quæ verimiliter dominus renuntiare, poterit etiam expresse appellacioni renuntiare, tenet etiam Cardin. Alexand. in cap. ex ratione 8 sub n. 18. vers. ex prædictis, de appell. Philipp. Franc. in dict. cap. interposita 70. §. ille denique, q. 6. n. 9. in fin. de appellat.

101 Generaliter tamen tacite potest procurator appellacioni renuntiare, Philipp. Franc. in d. c. ex ratione, n. 40. vers. circa quartum impedimentum, & sub num. 32. Card. Alex. ubi num. 18. vers. ex prædictis, idem Franc. in cap. Nicolao, quæst. 7. n. 13. de appell. ut loquantur, quando apparet renuntiare non prosequendo appellacionem. Ursill. in adnotat. ad Afflic. decis. 78. in causa Firmant, num. 9. in fin. dicens posse tacite renuntiare permittendo labi tempus, Scaccia de appell. q. 17. limit. 2. num. 7. ubi etiam quod potest renuntiare tacite non appellando, infra decem dies, & passus est labi terminus, quia tunc pariter præjudicat domino, ut & ipse, 90. vers. tertius casus, Philipp. Franc. in dict. cap. interposita, & ille denique, quæst. 6. n. 9. tenent. Speculator in tit. de appellat. §. 1. num. 7. lib. 2. fol. 184. Salicet. in authent. bodie, n. 1. C. de appellat. Felin. in cap. 1. sub n. 6. ut licet non constet. Nicell. tractatu de concord. gloss. concord. 6. fall. 18. n. 54. & sequentibus, tom. 18. fol. 193. Afflic. decis. 144. fuit dubitatum, num. 1. Lancel. de attem. 2. parte, c. 12. lim. 50. n. 9. & sequentibus, Cephalus consil. 185. in causa n. 34. & aliquibus objectis hanc opinionem tuetur Scaccia de appellat. q. 12. à n. 188.

102 His convenit quod licet vera contumacia procuratoris in causa non noceat domino, quoniam possit appellare à sententia, contra eundem contumacem lata, quia dominum hoc beneficio non privat, tamen debet ipse dominus appellare, & infra decem dies à die latæ sententiæ, & non à die scientiæ, & notitiæ, secundum Rotam decisione 27. aliis 313. nota quod ubi procurator, vers. fin. de appellat. in antiquis, Franc. in dict. cap. Nicolao, sub num. 19. Speculator. ubi proxime. Nicellus ubi proxime, & n. 57. Afflic. decis. 214. n. 2. Roland. à Valle consil. 91. n. 8. & supra, lib. 4. Lancelot. de attem. d. lim. 50. n. 8. latè & optime prolequitur Scaccia d. q. 12. à num. 120.

Et hucusque dictis, satis comprobatur, posse procuratorem tacite renuntiare appellacioni, si post ejus interpositionem comparuerit coram iudice à quo, ita ut domino præjudicet, ita tenet in specie Bellam. 137. procurator, quem sequitur Ant. Gabriel. communium concl. lib. 2. de appellat. consil. 2. ampl. 3. num. 4. Felin. in cap. quoad consultationem 15. sub num. 7. de sententia, & re jud. Antonius Gabriel. ubi prox. concl. 3. num. 2. à num. 19. & 18. contra hac in specie tenent Caputaq. dec. 10. n. 1. & 2. part. 1. Ursill. ad Afflic. decis. 87. n. 9.

CAPUT VI.

Appellacionis legitime denegata delatio, & attentata executio, seu ad ulteriora processus; præcisè, an simul requirantur, ut violentiam adesse declaratur, & quid si adest sublequuta executio dumtaxat: præcedente tamen delatione appellacionis; & quid in actis negativis.

SUMMARIUM.

- 1 *Vim facit, & lege Julia de vi tenetur, qui provocacione pendente sententiam exequitur.*
L. lege Julia, ff. ad l. Juliam, de vi public. refertur. ibid.
- 2 *L. 4. tit. 10. p. 7. verba adducuntur.*
- 3 *Cap. quoties Episcopi 2. quæst. 6. verba recensentur.*
- 4 *Recurfus an denegetur in denegata delatione appellacionis ab actibus negativis.*
- 5 *Cevallos refertur asserens violentiam consistere in denegata appellacione, & executione.*
- 6 *Decretum violentie que otorgue y reponga, an possit verificari, ubi desinit quid reponendum, num. 6. & num. 49. & sequentibus.*
- 7 *Dispositio est interpretanda ut quolibet verbum aliquid operetur, ne videatur frustra appositum.*
- 8 *Verbis dispositio in dubio est servandam.*
- 9 *Recurfus, ut locum habeat solam denegatam delationem legitime appellacionis sufficere absque executione, verius ostenditur.*
- 10 *Vis non solum consistit in hominum vulneratione.*
- 11 *Delatio denegata non est violentia per se facta, sed principium, preparatio, & animi deliberatio ad illam committendam.*
- 12 *Pœna apposta à iure iudici exequenti appellacione pendente ut infligatur, debet expellari exequutio, & actus consummatio.*
L. lege Julia, ff. ad l. Jul. de vi publ. interpretatur, ibidem, & num. 30.
- 13 *Recurfus Regius non introductus ad imponendam penam iudici Ecclesiastico vim inferenti.*
- 14 *Finis recurfus est dumtaxat protectio nuda, & naturalis, ne quis vi opprimatur à iudice Ecclesiastico.*
- 15 *Defensio, ut licita dicat non est expectanda violentia effectus; sed sufficit animi determinatio, & propositum.*
- 16 *Defensio licita est à violentia, quando probabiliter de periculo dubitari potest.*
- 17 *Animus exequendi, & ad ulteriora procedendi appellacione non obstante, satis desiguntur ex denegata delatione.*
- 18 *Delatione denegare ubi iudici permittitur, tacite permittitur ei sententia exequi appellacione non obstante.*
- 19 *Iudex inferior tacite est inhibitus à iure interposita legitima appellacione, etiam si non inferat.*
- 20 *Delatio denegata est pars integralis violentie, & animi deliberatio apta ad invocandam auxilium Regium.*
- 21 *L. Regia 36. & 37. tit. 5. l. 3. recopila. ponderantur, ut ad invocandam Regiam protectionem sola sufficiat appellacionis denegata delatio absque executione.*
- 22 *Danno à principio resistere, quam post illatum remedium querere, melius est.*
- 23 *Recurfus regius, ut locum habeat, solus timor futuri executionis, ubi denegatur delatio legitime appellacioni, sufficit.*
- 24 *Violentia committitur, quando legitima pendente appellacione iudex exequitur, vel quando timetur exequi, quoad auxilium invocandum.*
- 25 *L. 86. tit. 5. lib. 2. recopila. ibi para que el proceda, ponderatur.*
26 *Vim*

- 26 *Vim si non adesse reperitur processus inspectione, iudici remittitur.*
- 27 *Provisioni Regie non satisfiet per solam delationem appellacionis si sit quid attentatum, secus si aliquid non sit, quia tunc per solam delationem satisfiet.*
- 28 *Cevallos variis adnotatur.*
- 29 *Recurfus violentia non solum est inductus in favorem vi oppressi, sed iurisdictionis Ecclesiastica superioris, ne illius auctoritas vituperetur.*
- 30 *L. 4. tit. 10. p. 7. & l. Jul. interpretatur.*
- 31 *C. quoties Episcopi 2. q. 6. interpretatur.*
- 32 *Judici exequi volenti suam sententiam appellacione pendente, potest pars resistere, urbanus tamen Princeps, cuius proprium officium est.*
- 33 *Recurfus locum habet in actis negativis, ubi non datur executio, sed sola sufficit legitima appellacionis denegata delatio.*
- 34 *Auxilium imploratum ab Ecclesiastico negante appellatur, & adhibetur Senatus per viam violentie.*
- 35 *Appellatio est legitima ab Episcopo visitante exemptum.*
- 36 *Ab Episcopo excommunicante iudicem laicum nolentem prestare suum auxilium iniuste petitum, deneganteque cenurarum absolutionem, licet appellare, & adire Senatum per viam violentie.*
- 37 *Recurfus denegare in actis negativis, ubi appellatio sui naturæ utrumque habet effectum, foret absurdum.*
- 38 *Attentata appellacione pendente plurimas sunt, alia extra sententiæ executionem, ut in exemplis.*
- 39 *Appellatio legitima suspendit effectum sententiæ, & iurisdictionem etiam in sententia secum habente executionem.*
- 40 *Recurfus si conceditur in non delatis appellacionibus ab actis affirmativis, quia timetur executio, multo magis est concedendus in actis negativis, qui illam fecerunt trabant.*
- 41 *Causa plus influit in seipsa, quam in causato.*
- 42 *Cevallos vulgariter reprehensus ab Auctore explicatur.*
- 43 *Executionem petitam à iudice denegante, appellacione desente, & non exequente, vim non fieri in Senatu declarat.*
- 44 *Delatio ubi adest, & desicit executio, fundamentum recurfus desicit.*
- 45 *Ab executione instrumenti, puta, iniuste denegata, licita est appellatio, & quam producat effectum.*
- 46 *Et quo decreti genere hoc casu utatur Senatus.*
- 47 *Iudex Ecclesiasticus inhibens seculari, ne exequatur instrumentum, dum cognoscit de eius usura, si illud non esse usurarium declaret, & ut secularis possit procedere, an appellacione subsequuta in hac sententia secularis procedat.*
- 48 *In sententia appellabili sui naturæ facta condemnatione & in fine mandare relaxari executoriales, est attentatum appellacione termino ad appellandum.*
- 49 *Decreti violentia verba, que otorgue y reponga, & comprehendat attentata, si que sint, non sunt sine effectu quid operandi.*
Decreti verba, otorgue y reponga, stant conditionaliter, ibidem.
- 50 *Decreti verba, absuelta los descomulgados, intelliguntur, si adsint excommunicati.*
- 51 *Decreti verba, otorgue y reponga, veniunt in declarationem eius, quod tacite inerat.*
- 52 *Verba non dicuntur superflua, si apponantur ad majorem declarationem.*
- 53 *Recursum ad invocandum sufficit solus timor attentati, nec simul executionem Doctores omnes requirunt.*
- 54 *& 55. Delatio appellacionis licet ad sit, si tamen iudex ad ulteriora procedat, vis est perfecta & habilis est recurfus.*
- 56 *Delatum ubi est appellacioni, & longè major violentia est, quia duplici causa iudicis est suspensa iurisdictione.*
Salgado de Protect. Reg.

- 57 *Delatio ubi datur interveniente insuper attentato, si non admitteret recursum, duo absurda darentur.*
- 58 *Recurfus si ob solam delationem negatam ob timorem attentati datur, multo magis in ipso attentato, & executione subsecuta.*
- 59 *Causa plus operatur in se ipsa, quam in causato.*
- 60 *Recurfus regius duo copulata iubet iudici faciendâ, deferre & reponere, & sic recursum concusum copulatum.*
- 61 *Querela violentie quemadmodum concipienda, quando iudex delatit tamen ante, vel post attentatum, & noluit reponere.*
- 62 *Ubi ponuntur duo remedia mirabilia.*
61. 62 & 63. *Cevallos propositio reprobat, cum ipse includat duo absurda intolerabilia.*
- 64 *Deferre, vel negare delationem, an censeatur, si iudex appellacioni respondeat, audiatur, quantum de jure, & an sufficiat invocandum regium auxilium.*
- 65 *Senatus tunc decretum dat, que por agora non haze fuerça quando appellacioni proposita nihil respondit, nec postea provisioni ordinaria, sed mandavit notario, ut mittat acta.*
- 66 *Et quid quando in hoc casu provisioni respondit appellacionem esse minus legitimam, & an id sit attendendum, ut cognoscatur super articulo solutio.*

UTILISSIMA est hujus quæstionis solutio, in ea siquidem nonnullis, juris peritissimos lapsos fuisse vidimus: in eaque varios, licet quid verum sit tandem fuerint amplexi; ideoque ut penitus dubitatio deinceps amputetur, eam accuratè examinabo ad partes.

Et pro negativa: ut scilicet nulla vis esse possit in sola denegata appellacionis legitime delatione; sed simul debeat concurrere executio, attentatum, seu ad ulteriora processus, fortissima urgent fundamenta, & in primis expendo textum ferè expressum in lege Julia, in hac verba: *Lege Julia ubi publica tenetur, qui cum imperium, potestatemve haberet, civem Romanum adversus procuracionem necaverit, verberaverit, jussitve aliquid fieri, &c. ff. ad l. Jul. de vi public. ecce igitur violentiam, non solum consistere in denegata delatione appellacionis, sed sententiæ executione potissimum.*

Secundo & pro eadem parte non minus expressus est text. in l. 4. tit. 10. p. 7. cuius verba sunt: *Sientenja por agraviados algunos vegadas los homes de los jurzijos de los juzgadores, e piden alcada para delante el Rey, e tales juezes ba, que con gran soberbia, o malicia que ay en ellos, o por ser muy defendidos, que no les quieren dar alcada antes los deshonran, diziendoles mal, o prendiendoles, e por esto deximos que qualquier a juzgador que sobbre tal razon como esta fuisse, o prendiesse, o mataresse, o deshonrasse algun home, que debe haver perende o tal pena, como si ficiesse fuerça con armas, &c. ecce textum apertum, requirementem sententiæ executionem, ut violentia adesse dicatur.*

Tertio facit etiam bonus textus in c. quoties Episc. 2. q. 6. ibi: *Et dum prædictam Romanam Ecclesiam appellaverint, ut ab ea se audiri poposcerint; nullos eos aut excommunicare, aut eorum sedes turrire, aut res eorum auferre, aut aliquam vim eis inferre, præsumat quam anhorum causa Romani Pontificis auctoritate terminetur, quod si alter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus aruit. Ex quibus verbis apertè colligitur: vim consistere, non denegata delatione appellacionis, sed in eo, quòd, ea pendente, in Rom. Curia exequitur: ergo aliter Regius recurfus interponi non potest.*

Quarto, & pro hac parte fortiter urgetur enim si aliqua ratione in actis negativis denegatur recurfus ad Regem ea potissimum, quia in eis non datur attentatum, executio, necnon quid reponatur, ut post hæc tenet Ceval.